Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/322930

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BARTH. JAC. LINTELO DE GEER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JACOBUS CORNELIUS GISBERTUS CAROLUS LAAN,

EX PAGO ZUILEN,

Ad Diem XXI Martii a. MDCCCLI, hora II.

TRAJECTI AD RHENUM,

Apud J. DE KRUYFF.

MDCCCLI.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

Minus probanda sententia, quam proposuit Cl. FRANCKE, eum qui sciens indebitum accepit furtum non committere, nisi solutionem vero creditori intercipiat.

II.

In L. I § 4 D. de rerum permut. in verbis „non in hoc agemus" minime negatio est delenda, uti HOTOMANNUS fecit.

III.

Actionem hypothecariam per pactum ipso jure non tolli, contra Cl. NOODTIUM defendimus.

IV

Si res in solutum data evicta est, creditoris arbitrio relinquitur, ex pristina obligatione, vel ex emto agere.

V.

Inprobandum, quod de quatuor doctoribus Bulgaro, Martino, Jacobo, Hugone ratione comitiorum Roncalium habitorum dicit, Raumer *Geschichte der Hohenstaufen* 2 pag. 103, eos praecepta juris Romani, superstitiose esse secutos.

VI.

Heredibus, qui sub beneficio inventarii adierunt hereditatem, transigere non licet.

VII.

Minime in art. 5 C. C. verbo *gevestigd* excluduntur peregrini hic domicilium habentes, qui in art. 8 C. C. non continentur.

VIII.

Si ususfructuarius vendit fructus pendentes, et

moritur antequam percepti sunt, minime venditio valet, nec probanda Toullieri sententia, proprietarium pretium acquirere.

IX.

Ususfructus et usus rei immobilis praescriptione constitui potest.

X.

Emtor hereditatis instituere potest hereditatis petitionem.

XI.

Hereditatis petitio contra nudum detentorem rei singularis non datur.

XII.

Terminus 30 dierum, in art. 232 C. M. praescriptus rei vindicationi rescissoriae, locum non habet in casu art. 238 § 2. C. M.

XIII.

Societas innominata, peregre jure constituta, etiam

in patria jus habet actiones instituendi, licet nullam veniam a rege nostro impetraverit.

XIV.

Minus probanda sententia Tribunalis Sylvaeducensis 7 Julij 1841, in causa Wohlschläger contra Blondin, ludorum et circorum redemtionem esse rem mercatoriam, et praecipue verba „het in specie geldt eene huur van talent *om die aan het publiek te verhandelen*, en alzoo naar den ruimen en algemeenen zin, waarin art. 3. W. van Kooph. moet worden opgevat eene daad van Koophandel (te zijn)."

XV.

Cambii sicci (orderbriefje) protestatio pro arbitrio praesentantis, vel in novo domicilio promissoris vel in eo quod habebat tempore contractus, fieri potest.

XVI.

Jus auctorum ex art. 1° legis de dominio literario, quod dicitur, 25 Jan. 1817 etiam competit Verbi Divini ministris, circa orationes e pulpitis sacris habitas.

XVII.

Art. 5 ejusdem legis mendis scatet.

XVIII.

De duello legi speciali cavendum est.

XIX.

Lex de privilegiis inventionum 25 Jan. 1817 non spectat eum, qui in suum usum, sine animo lucrum faciendi, rem privilegio munitam confecerit.

XX.

Titulus Codicis Quaest. crim. de absentibus et contumacibus multis nominibus est reformandus.

XXI.

Corpora fabrorum minime sunt restituenda.

1901378